



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

41 Examini se pro alijs in beneficiorum collatione supponentes, quibus
poenis plectantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

presbyteri, & clerici, ac religiosi eorum patres in titulum vel commendam, aut administrationem ad tempus, seu in perpetuum aliquando obtinuerunt, nullo unquam tempore quoquo modo obtinere possunt, nec cum eis super hoc præsumitur dispensata, ut statuit Clem. VIII. in litteris, de quibus in Bull. Rom. c. 26, in eod. Bull. pag. 339.

41 Beneficiorum † obtinendorum occasione se pro aliis in examine supponens, aut beneficia pro personis id ignorantibus, seu pro se, vel pro aliis, cum oblatione alicujus pensionis annuæ, aut cum spe pensionem annuam, aut aliud quantumvis modicum, temporale commodum ab eis consequendi, vel pro se ipsis principaliter, animo & intentione, ut postmodum in favorem aliorum, etiam quantumvis idoneorum, & benemeritorum, cum simili pensione, aut commo, aut etiam sine eo resignandi obtinere procuraverit, cujuscunque status, gradus, ordinis,

& conditionis existat, etiam si Episcopali, vel alia majori dignitate ecclesiastica præfulgeat, inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda poenam eo ipso absque alia desuper facienda declaratione incurrit, præter excommunicationis anathematis, ac maledictionis æternæ sententiam, qua innodantur, ut in litteris Paul. Papæ IV. de quibus in Bull. Rom. c. 33. §. nos prævisis.

42 Collationes † beneficiorum sunt etiam nullæ in illis personis, quæ propter genus, aut hæresim, aut à fide apostasiam, sive proprio, sive stirpis, sive cognatorum vitio, contaminari, per canonicas factiones, aut statuta à Sede Apostolica firmata, aut Apostolica privilegia ab ecclesiis prohibentur, ita quod provisiones eisdem quacunque auctoritate factæ vires, & effectum habere non possunt, sed Sedi Apostolicæ sunt expresse reservata, & affecta, ut in litteris Gregor. Papæ XII. de quibus in Bull. Rom. cap. 68.

DE POENA NON RESIDENTIVM.

Cap. II.

S V M M A R I V M.

- | | |
|---|---|
| <p>1 Residere tenentur parochi sub poena privationis.</p> <p>2 Beneficia simplicia, an personalem residentiam requirant.</p> <p>3 Vagabundi beneficijs simplicibus possunt iure privari.</p> <p>4 Residere tenentur Episcopi, alioquin poenæ incurrunt.</p> | <p>5 Episcopi residere negligentes, quando Papa sint denunciandi.</p> <p>6 Episcopus diu à sua residentia sine legitima causa absens, potest jure privari.</p> <p>7 Absesse non possunt Episcopi ultra trimestre singulis annis.</p> <p>8 Absesse quando possint Episcopi à residentia,</p> |
|---|---|

F f f 3

Parochi